



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

52 Haereticorum beneficia ipso jure vacant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Prætorio sanctæ, & generalis Romanæ Inquisitionis sæpè pronunciatum est, non posse, nec debere Episcopos amplius virtute concilij absolvere occultos hæreticos in foro conscientiæ, *comm. 141. circ. fin.* Obstat etiam Bulla Cœnæ Domini quotannis legi solita, in qua absolutio hæreticorum soli Papæ est reservata, & eum sit decreto facti concilij posterior, ultima derogant prioribus.

47 Suspectos ¶ autem de hæresi, ut sunt blasphemias hæreticales proferentes, & alia committentes, quæ levem, vel vehementem, aut violentam suspicionem inducunt, poterit Episcopus, & ejus Vicarius generalis legitima facultate suffultus, in foro conscientiæ tantum absolvere, ex dispositione sacri concilij. *dict. cap. 6. de reform. sess. 24.* Quia, cum excipiant tantum hæreticos, ab omnibus aliis casibus occultis absolvere possunt, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam, quod liquida, §. final. i. resp. ff. de pen. leg. & suspectus non dicitur hæreticus, c. accusatus, in princip. de heret. in 6. & Put. decis. 400. lib. 2.* Cum enim hujusmodi non sint hæretici, non comprehenduntur sub reservatione facta in odium hæreticorum. *Sanct. Antonia. 3. par. tit. 12. c. 15. Silvest. in ver. hæresis, 1. quest. 9. & Tab. in ver. hæreticus, numer. 2.* Qui verò citati, carcerati, & causa cognita, hæretici sunt declarati, non relapsi, ad abjurandum semper admittuntur. Et regulariter pœnitentes ad misericordiam sunt admittendi *jux. cap. ad abolendam, §. present. ext. de heret.*

48 ¶ Si vero noluerint redire ad agendam condignam pœnitentiam, curiæ seculari sunt tradendi, à qua pœnà ultimi supplicij, nisi resipiscant sunt plectendi, *Pegna in 3.*

par. Direct. Inquisit. comment. 146. vers. ceterum in hac.

49 Si vero ¶ aliquis sacerdos in eundem errorem incidit, est à suis ordinibus degradandus: & inde perpetuo carceri tradendus, *cap. quoniam, de heret. in 6. & Direct. Inquisit. par. 3. de decem, mod. term. process. finali* aliasque plures pœnas incurrit.

50 Primò, ¶ clericus est incapax beneficiorum, ita quòd collatio facta clerico hæretico est ipso jure nulla. *Lambert. de jur. patron. par. 1. art. 6. qu. 9. princip. & Pegna 3. par. Direct. Inquisit. comment. 162. vers. ad hoc collatio, & pœnam privationis incidit ipso jure, ut iuconstituit. Pij V. Si de protegendis, in Bull. Rom. cap. 43. §. quod porro.*

51 Secundò, ¶ si labatur in hæresim, & spoliatur beneficio, non restituitur; quia illi obstat exceptio hæresis, *gloss. in, c. quo jure, in ver. nam jure, circ. med. 8. dist. Abb. in c. inter dilectos, numer. 11. de excess. prelat. & Diaz. pract. crimin. c. 106. vers. secundus quod.*

52 Etea est ratio, ¶ quia hæreticorum beneficia vacant ipso jure, licet requiratur vacationis nunciatio, *c. ut commisi, §. privandi, de heret. in 6.* Et expressè, quòd hæreticorum beneficia ipso jure vacent, decrevit Greg. XIII. *ut in Bull. Roman. cap. 68. & à die commissi criminis beneficiis sunt ipso jure privati, Pius V. in litteris incipientibus, cum ex Apostolatus, circa finem Directorij impressu à Pegna relati in eodem Direct. comment. 162. vers. postremò, par. 3.*

53 Ideò ¶ post commissum delictum non poterit hæreticus beneficiatus renunciare, *Diaz. in dict. c. 106. circ. princ. nisi ante sententi-*